TRACTATVS
DE
ANGELIS.

AVTHORE

P. Mag. Carolo Echeverria, Matritenſi, SOCIETATIS IESV, Doctore Theologo: & Academiæ Complutenſis, in prima & Regia Sacræ Theologiæ Cathedra, Primario Profeſſore.

BIBLIOTECA PROVINCIAL
MURCIA

Anno 1697.

CVM PRIVILEGIO.

Complut.: In Officina Franciſci Garcia Fernandez, Typographi Vniverſitatis.

non erit quod caveas in futuro. Sed vt hæc ipſa exequaris, cuſtodiam bonorum Angelorum, ex eiuſdem Bernardi monito, ſic æſtima: ipſaque non abutaris: ſed potius fœliciter vtere. Agnoſce igitur, & conſidera, quantam tibi hoc verbum (*Angelis ſuis Deus mandavit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis*) debet inferre reverentiam, afferre devotionem, conferre fiduciam. Reverentiam pro præſentia: devotionem pro benevolentia: & fiduciam per cuſtodia. Cautè ambula, vt videlicet cui adſunt Angeli in omnibus vijs tuis. In quovis diverſorio, in quovis angulo, Angelo tuo reverentiam habe. Et ne audeas, illo præſente, quod, vidente me, non auderes. Adſunt igitur Angeli, & adſunt tibi: non modo tecum; ſed etiam pro te. Adſunt, vt protegant: & vt proſint, adſunt.*

68 **Quoties ergo graviſsima cernitur* (in vijs tuis) *vrgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere: invoca Cuſtodem tuum, & adiutorem tuum, in oportunitatibus, in tribulatione. Inclama eum, & dic.* (Math.cap.8.) Domine, ſalva nos, perimus. *Non dormit, neque dormitat* (Pſalm. 120.) *ſcilicet* qui cuſtodit Iſrael: *etſi ad tempus quoque diſsimulet, ne forte periculoſius ab illius te manibus ipſe præcipites, ſi te eis ignoraveris ſuſtentatum.*

FINIS.